

† IN NOMINE: SC: EM DIVINE: TRINITATIS: 7

Ego Bernardus di gra datus lenis abbas vocatus omnibus sce
 ecclie filiis perpetua in dno ihu xpo salute. Notu esse volumus quia
 iuribus plenibus dissensionem inter abbatem nuncientem et jettensem pro
 ecclia de lidekerke iudicium in presentia nostra coram religiosis personis dete
 minata. Concessit abbas jettensis suscipere in parte sua a litare et sc
 dam de leweel cum omnibus pertinentiis suis videlicet in viciis
 in decem milia centis edificis mancipiis utriusque sexibus ut si qua se
 alia et sicut tenere dividit parrochia de lewee et eade lideker
 te preter decem unam parrochia de eerebalenge pertinentem ad eccliam
 de leweel qua abbas jettensis possidebit cum centis rebus in ecclie. Et
 abbe nuncientem reliqua omnia ad eccliam de lidekerke pertinentia op
 tinente et ut hec copulatio hoc ratu nro et eilio facta in perpetu
 u permaneat rata carta hanc tenentis ut in sigillis nri anthoni hie
 nanni subnominati idoneis testibus quibus fuerunt clarentibus etiam
 fratribus et unice ex festucantibus iudicibus scilicet reventis et nuncientibus
 Sed et abbas affugentis ecclie S. Roberti abbas de dinnis S. Baldwyni
 abbas de castellone S. Bozumi abbas de truncis S. Euerardi
 S. Gerdi S. Geraudi S. Galfridi in

Specimen charte qua S. Bernardus
 dissensionem Ninovensem inter et
 Jettensem abbatem exortam compo
 nit.

(Ex originali n archivo Gandavensi
 asservato. — Vide hujus voluminis
 col. 1826.)



SÆCULUM XII

S. BERNARDI

ABBATIS PRIMI CLARÆ-VALLENSIS

OPERA OMNIA

SEX TOMIS IN QUINTUPplici VOLUMINE COMPREHENSIS

POST HORSTIUM DENUO RECOGNITA, AUCTA ET IN MELIOREM DIGESTA
 ORDINEM, NECNON NOVIS PRÆFATIONIBUS, ADMONITIONIBUS, NOTIS ET
 OBSERVATIONIBUS INDICIBUSQUE COPIOSISSIMIS LOCUPLETATA

TERTIIS CURIS

D. JOANNIS MABILLON

PRESBYTERI ET MONACHI BENEDICTINI E CONGREGATIONE S. MAURI

EDITIO NOVA

ACCESSERE APPENDICES AMPLISSIMÆ VITAM SANCTI DOCTORIS ET EJUS ÆTATEM ILLUSTRANTES

ACCURANTE J.-P. MIGNE

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

VOLUMEN QUARTUM (PARS PRIOR)

S. BERNARDI OPERUM TOMUM IV COMPLECTENS

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES.

IN VIA DICTA AVENUE-DU-MAINE, 189; OLIM CHAUSSÉE-DU-MAINE, 127.

1879



Capilla Alfonsina
 Biblioteca Universitaria

FONDO ENETERIO
 VALVERDE Y TELLES

007991
 44607

BX1749
B4
v.4
7.1

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLXXXV CONTINENTUR.

S. BERNARDUS ABBAS CLARÆ-VALLENSIS.

OPERUM TOMUS VI. — *Aliena, et variorum de S. Bernardi vita et rebus gestis elucubrationes.*

Guerrici abbatis Igniacensis Sermones.	9
Guigonis Majoris Carthusiæ prioris quinti Epistolæ.	219
S. Bernardi Vita et Res gestæ libris septem comprehensæ	222
Acta S. Bernardi Bollandiana.	643



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Clichy. — Ex typis PAULI DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières, 155.3.79

50844

SANCTI BERNARDI ABBATIS CLARÆ-VALLENSIS OPERUM TOMUS SEXTUS

COMPLECTENS

Sermones Guerrici abbatis Igniacensis, S. Bernardi discipuli; GUIGONIS, Carthusiæ Majoris prioris quinti, epistolas, nec non varios auctores qui de Sancti Bernardi vita et rebus gestis scripserunt. Accessere Documenta quedam historica.

DE BEATO GUERRICO

ABBATE IGNIACENSI (1).

(D. TISSIER, *Bibliotheca Patrum Cisterc.*, t. I, in Exordio Magno Cisterciensi, dist. 3, capp. 7, 8.)

907-908 Sanctæ recordationis dominus Guerricus, quondam abbas Igniaci, dum adhuc sub disciplina beati Bernardi monachus esset in Clara-Valle, et regalibus sacræ doctrinæ uberibus lactaretur, haud degenerem se tanti Patris filium moribus et vita probabat. Tanto siquidem sublimius arcem virtutis conscendere didicerat, quanto secretius magno Dei munere de incorruptionis titulo testimonio conscientia gloriabatur. Sicut enim hi quibus secreta tanti viri nosse datum fuerat, astruebant, immaculatam incorruptionis tunicam duce gratia usque ad exitum vite conservavit. Porro quantæ puritatis et integritatis fuerit vita et conversatio ejus, quamque purissimum devotionis thymiana quotidie Deo in ara cordis incenderat, Dominus gloriosis et manifestis indiciis declarare dignatus est. Succedente vero tempore venerabilis Guerricus factus abbas Igniaci, qualem se exhibuerit, quam strenue officium sibi commissum adimpleverit, non est nostræ parvitatis edicere. In hoc tamen nimis contristabatur, et se ipsum valde humiliabat, quod pene continue conventum fratrum deserere. et in infirmitorio jacere causa debilitatis suæ cogebatur; nec poterat ita fratribus suis exemplum quotidiani laboris præbere. Verum quidquid minus habebat de exercitio corporali, totum sinceræ pietatis affectus, et ardens in Deum devotio supplebat. Conqueritur ipse debilitatem et insufficientiam suam in quodam sermone, ita dicens: « Amici venerunt ad me de via: sed non habeo quod ponam ante illos. » Plane quam sanæ verbis doctrinæ fuerit, luculentissimi atque disertissimi et vere spirituales Sermones ejus, quos in solemnitatibus præcipuis in conventibus fratrum fecit, et a cantore ejusdem ecclesiæ excepti sunt, manifeste declarant.

Cum autem fidelis servus Domini Guerricus, fidelissima distributione conservis suis annona Domini sui dispersita, plenus dierum et virtutum transiret esset de hoc mundo ad Patrem, tactus ægritudine, ipsiusque ægritudinis molestia ingravescente, ad extrema deductus est. Curiosius vero cunctos angulos conscientia suæ eo discutiente, ne quid forte esset quod perperam gestum et inemendatum districtum sibi Judicem offensum redderet, et malignis spiritibus occasionem calumniandi præberet, recordatus est libelli Sermonum, quem fecerat: simulque memoriæ occurrit, Patres statuisse, nullum absque generalis capituli licentia libros facere debere; et graviter ingemiscens convocatis fratribus dixit: « En, fratres, dum vestris profectionibus invigilare, vestraque petitioni parere studui, crimen inobedientiæ, quod, testante sancto Samuele, quasi scelus idololatriæ est, incurri. Libellum nempe Sermonum, quem rogatu vestro dictavi, temerarie nimis absque capituli generalis licentia edere præsumpsi. Quapropter quantocius illum afferentes igne cremate, ne pro culpa inobedientiæ ultricibus gehennæ flammis tradar consumendus. » Dei vero providentia accidit ut jam in aliis quaternulis transcriptus esset liber, Deo aliquid melius pro nobis et in hoc disponente: ne videlicet sancta Ecclesia ipsius, et præcipue Cisterciensis ordo tantæ eruditionis gratia privaretur. Mirabili namque temperamento ita litteralis scientiæ lepos in volumine illo tumet, et Christianæ simplicitatis humilitas sic in eo resplendet, ut non modo minime onerosus, verum etiam gratiosus valde sit legentibus. Porro ignitum eloquium Domini vehementer quod in Sermonibus illis invenitur, ita movet, afficit et accendit legentem, ut durissimus corde sit, qui non ex eorum lectione compunctus ad meliora proficere studeat.

(1) Hunc Belgam fuisse existimant, et quidem ex magistro scholæ Tornacensis canonicum, quem Bernardus anno 1131 ad se traxit. Factus est abbas Igniaci, in diœcesi Remensi, post Humbertum, vi-

rum eximia pietatis, de quo in Epistolis et in Sermonibus sancti Bernardi. Manricus Guerrici obitum circiter annum 1157 reponit. Ejus Sermones pari fere, qua Bernardi, reverentia legi merentur.

